



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta pacis executionis publica, Oder Nürnbergische Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte**

Worinnen enthalten, wie und welchergestalt die würckliche Vollziehung des Westphälischen Friedens, sowohl in puncto Exauctorationis Militæ und Evacuationis Locorum, als auch und vornehmlich in dem hochwichtigen puncto Restitutionis ex Capite Amnestiæ & Gravaminum, biß zum völligen Schluß des ...

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover ; Tübingen, 1737**

N.V. Dergleichen an Schweden.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51734)

1650.  
Junius.

## N. IV.

Diß. Norimb. 2. Julii 1650.  
per Mogunt.*Gratulations-Schreiben der Reichs-Stände an den König in Frankreich wegen geschlossener Friedens-Execution.*

Serenissime & Potentissime Rex Christianissime, Domine Clementissime. Quæ Majestati Vestræ pax placuit, Monasterii Westphalorum, ejusdem quidem matura Executio, prout conventum erat, expectata & optata fuit, & in hoc Majestatis Vestræ Plenipotentiarii, de la Court, de Veautorte, d'Avangour, insigni studio nobiscum incubuerunt, scopulis tamen novis multoties impediti, hodierna tamen die cum singulari omnium applausu portum feliciter intravimus, ideoque Majestati Vestræ omnium Sacri Romani Imperii Electorum, Principum & Statuum nomine, ea, qua par est, devotione ex toto corde gratulamur, & Deum humillime rogamus, ut sicut Majestati Vestræ innasci voluit heroicam fortitudinem & omnes Regias Virtutes elargiri, ita eandem conservare semper velit florentissimam felicissimamque, & ut sopitis omnibus, qui alibi supersunt, motibus, cum perfectissima sanitate dulcissimis pacis fructibus quam constantissime & diutissime perfruatur; nec ullo modo dubitamus, quin Majestas Vestra ea omnia, quæ ex dicta pace Monasteriensi & hic facta Conventione præstanda & restituenda sunt, eadem fide, qua promissa sunt, sinceræ promptæque executioni sit mandatura, & cum Sacri Romani Imperii Ordinibus perpetuam amicitiam observatura, sic animus vovemus, & Majestati Vestræ omnem prosperitatem humillime apprecamur. Norimbergæ die 2. m. Julii 1650.

Regiæ Majestatis Vestræ

Humillimi

Sacri Romani Imperii Electorum, Principum  
& Statuum, ad pacis Executionis Tractatus Deputati, Consiliarii & Legati.

## N. V.

Diß. Norimb. 2. Julii 1650.  
per Mogunt.*Vergleichen Schreiben an die Königin in Schweden.*

Serenissima &amp; Potentissima Regina, Domina Clementissima.

Etsi ab eo tempore, quo pax Osnabrugis fuit conclusa, ratificata & publicata, aliæ ex alijs natæ sint difficultates, & inde Executionis Tractatus in hodiernum usque diem protracti, annuit tamen Deus afflicti Imperii votis, & effecit Majestatis Vestræ Regia Constantia, ut nunc dicti Tractatus optatum felicissimum finem sint affecuti, eoque facto totum Imperium indicibili gaudio affectum, quod, ut Majestatis Vestræ gloriosissimam semper memoriam dulcissime venerabitur, ita Eidem omnium Sacri Romani Imperii Electorum, Principum & Statuum nomine, nos ea, qua par est, devotione, & qua fieri potest lætitia ex toto corde & grates agimus & gratulamur, Deumque enixe rogamus, ut, sicut Serenissimos Majestatis Vestræ hereditariarum virtutum radios universus orbis jam dudum admiratur, ita etiam eandem omni prosperitate videat semper florentissimam felicissimamque. Et, ut de Majestate Vestra ne fas foret dubitare, quin omnia, quæ ex pace Osnabrugensi & nuper hic facta Conventione præstanda restituenda ve sint, sinceræ promptæque

Ggg 3

que

1650. que Executioni sit mandatura, & cum Sacri Romani Imperii Electoribus, Principibus & Statibus perpetuam amicitiam observatura, sic etiam finem eius difficultatis, quæ circa ulterioris Pomeranæ limites cum Domino Electore Brandenburgico hucusque superest, proindeque plenariam ipsius restitutionem omni die una cum Dominis Principalibus nostris avidissime expectamus, & Majestati Vestræ omnem Regiam incolumitatem humillime apprecamur. Norimbergæ die 2. mensis Julii 1650.

1650.  
Junius

Regiæ Majestatis Vestræ

Ad Reginam Sue-  
ciæ.

Humillimi

Sacri Romani Imperii Electorum, Principum &amp; Statuum ad Pacis Executionis Tractatus Deputati, Consiliiarii &amp; Legati.

## §. XXII.

Berichtigung  
der Ratifica-  
tions For-  
mula.

Dienstags den 25. Junii wurden endlich auch die Formulæ *Ratificationum* verglichen, und zwar anfänglich von dem Chur-Maynnsischen die Formularien, deren sich die Kayserlichen und Franckböllischen Gesandten mit einander verglichen hätten, und wie solche von Zeit des unterschriebenen Reccellus innerhalb 6. Wochen von Kayserlicher und Franckböllischer Seite eingebracht werden sollten, abgelesen; worauf ferner die von ihm entworffene Formula, welche Er nach jener eingerichtet hätte, wie solche von den Principalen dererjenigen, so wegen Chur-Fürsten und Stände subscribirt hatten, zu vollziehen, und in ietzt bestimmter Zeit zu

übersenden wäre, im versammelten Rath adjoukirt, wie die Anlage sub N. I. zeigt. Der Chur-Maynnsische fuhr darauf zu den Franckosen, welche dabey nichts zu erinnern fanden. Dem fortgehen erwehnte der Chur-Bayerische Gesandte, daß die Spanische Ordre wegen Restitution der Festung Franckenthal, ingleichen die Spanische Cession über Elsaß nunmehr in Originali eingelangt sey. Der König in Spanien habe vor Franckenthal nichts weiter verlanget, als daß Ihm verwilligt werden möchte, wegen des Stifts Cammerich, auf Reichs-Tagen das Votum zu führen.

N. I.

Einklang  
der Spani-  
schen Ordre  
wegen Resti-  
tution Fran-  
ckenthal; &  
der Cession  
über Elsaß.  
Spanien so-  
servirt sich  
vor Franck-  
enthal das Vo-  
tum wegen  
Cammerich.

N. I.

Dict. Norimb. die 26. Jun. 1650.  
per Mogunt.

Formula Ratificationis Statuum.

Nos N. notum facimus omnibus & singulis, quorum interest, aut quomodolibet interesse potest, cum inter Cæsareæ & Regiæ Christianissimæ Majestatum, itemque Electorum, Principum & Statuum Imperii Legatos, Plenipotentiariorum & Deputatos, Conventus Norimbergæ super Executione Pacis Monasterii Westphalorum conclusæ institutus, dieque secunda mensis Julii 20. infra annotato, certa Conventio inita sit;

Nos eadem diligenter perlecta & mature considerata, omnia ejus contenta de certa nostra scientia & motu proprio approbasse, confirmasse & ratificasse, sicut & virtute presentium omnes ejusdem Conventiois Articulos, ac si de verbo ad verbum hic inserti essent, approbamus, confirmamus & ratificamus, promittentes verbo *Electoralis* pro toto Imperio, Nobisque & Hæredibus ac Successoribus nostris, Nos omnia firmiter & inviolabiliter observaturos & Executioni mandaturos, nullaque

Principali,  
Ecclesiasticâ  
omittentibus  
verbo: & ha-  
redibus.

ratio-